



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

Cap. XV. Iesus in cruce extenditur, eiusq[ue] manus ac pedes diris clavis
crudeliter perforantur, cruciq[ue] affiguntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
ELICA-
TIO.

mè miserādam tam altè memorię tuę imprime, ut nulla umquam oblivione deleatur. Et quinam ferre poteris, ut dilectum cordis tui tam miserè afflictum aspicias? Nonne integrò desiderabis corde, ut te totam faciat in lacrymas resolvi, quòd corpus dilecti tui undique saucium lacrymis tuis abluere, & ab omni possis deformitate mundare? O te felicem! si medulla omnis ossium tuorum, sanguisq̄ue cordis tui in unguentum distillari possit, quo vulnera cuncta sponsi tui perungerentur: ipsumq̄ue cor tuum igne amoris decoctum in gratissimum posset transire cibum, quo os dilecti tui felle exacerbatum edulcicaretur. Et licet hæc re ipsa præstare nequeas, pleno tamen affectu præstabis: & satis est dilecto tuo, cor potius quàm opera pensanti. Itaque sic lotum & perunctum sponsum tuum ingenti cum reverentia, * quietis captandæ gratiâ in suavissimum DEI Patris sinum tamquam in amœnissimum lectulum repones: capite illius reverendissimo spinarum aculeis tam dirè compuncto ad piissimū Dei Patris pectus (ceu ad mollissimum quod possis invenire pulvinar) ob requiem captandam applicato.

CAPUT XV.

Iesus in cruce extenditur, e iusq̄ manus ac pedes divinis clavibus crudeliter perforantur, cruciq̄ affiguntur.

1. Pia consideratio, quo affectu Christus suam Crucem salutaverit: cui manus pedesq̄ sunt crudeliter conclavati.
2. Crux sancta lectulus amoris, quo sponsus animam amantem invitat: inenarrabilis in eadem Christi Domini cruciatus.
3. Compassio Beatae Mariae Virginis, & crucifixio anime devotæ cum Christo sponso suo, cuius amor crucifixus est.

POST hæc inhumanissimi illi carnifices Jesum crudelissimè rapiētes, ad crucem traxerunt; quam agnus innocens ingenti cum amore salutavit, dicens (ut piè meditari possumus) in corde suo: *O crux benedicta, tanto jam ex tempore te amplecti concupivi, tringinta tribus annis tui me tenuit desiderium, ut hominum in te salutem operarer. In servi igitur nunc Creatori tuo, & fer seculi pretium. Illi deinde corpus agni innocentissimi vulneratum, immitissimè in crucem rigidam prostraverunt, manumq̄ue alteram crasso quodam & obtuso clavo crebris ictibus cruciabiliter nimis affixerunt. O quàm * impatibilis hic dolor fuit suavissimo Redemptori, cuius tam tenera ac præclara erat complexio, qui totus jam debilis & exhaustus erat ex poenis illis omnibus, quas ante per tulerat! Quàm intimas cordis ejus medullas singuli ictus isti, atque hæc affixio penetrabant! quâ fuit corde anxius, quàm doloribus immensis undique correptus, cum grandis ille & obtusus clavus, vi multa per venas, nervos, ossicula (quæ in manibus concurrunt) adigeretur! Secum quicquæ*

bra tri-
buun-
tur hu-
na, per
locutio
nem tro-
picam.

I.
Quanto
affectu
Christus
Crucem
salutaverit!

Manus
& pedes
Christi
clavis co-
figuntur.

* Id est
crudelis
& intolera-
bilis.

* Ista
singula-
ris devo-
tio re-
ponen-
di filii
in sinu
Patris,
ex fer-
venti
pietate
& amo-
re erga
Christum
orta,
plane
confen-
dit cum
modo
loquedi
factæ
Scriptu-
ræ, ubi
Deo Pa-
tri mē-

DOMI-
NICAE
P. 110.
NIS IX-
FLICA-
TIO.
Clavus
obtusus
& cras-
sus.

Manum
alteram
fune ex-
tendunt,
alteram
premit
calcibus.

2.
Lectulus
crucis, in
quo ob-
dormit
sponsus
tuo dul-
cissimus,
o anima
devera.
Cant. 2.
& 5.

Cant. 1.

que pendat quantus hic dolor fuerit, quanta angustia, quanta cordis oppressio. Et quia obtusus admodum & crassus, erat clavus, cutem simul attraxit per vulnus. Mox alteram quoque manum ad foramen in cruce effossum itidem perforandam pertraxerunt. Sed quia procul illud foramen aberat, & Christi corpus frigore, sanguinis effusione, pœnisque antea perpessus non parum contractum erat, manum ipsam rigido fune extenderunt, alteram interim manum summa vi premendo & calcando retinentes; atque ita sacra Christi brachia horribili cum dolore intenderunt, donec quò volebant manum adduxissent: quàm tunc similiter ingenti clavo crebris ictibus confoderunt. Dehinc & sacros ejus pedes crudelissime priùs extentos, simulque junctos, immani clavo, cum intolerabili dolore confixerunt.

Attende nunc, o anima mea, sponsum tuum, Deum, & Creatorem tuum, ut hic amoris conscenderit lectulus: quàm late suas extenderit ulnas, ut te amplectatur: quàm denique amicaliter te ad se invitaverit, utens verbis illis Cantici Canticorum: Veni sator mea, sponsa mea, columba mea: Veni, inquam, in foramina petrae, id est, in melliflua Vulnere mea. Veni, quia jam paratus & floridus est lectulus noster, ornatus rubicundus Vulnerebus, & precioso Sanguine meo. Ita que veni profus, o anima mea,

& intuere quanta pro te pertulerit Deus tuus: vide cum ingenti compassione, ut sacra ejus membra extenta, distracta, dilacerata, & extra suas juncturas in longum latumque evulsa atque exturbata sunt: ita ut ne unum quidem suo adhæreat loco, & cuncta facile possint dinumerari. Adeò inhumaniter dulcis Jesus instar arcus erat extensus, ut membrum aliud alii succurrere non posset, cunctis pariter incomprehensibili dolore pœnaque correptis. Nos quidem, si parvo quodam simus affecti vulnere, vix moderatè ferimus, ut quispiam illud etiam leniter attrectet: & tamen manuum pedumque Christi vulneribus omne pondus totius sacri corporis ejus cruciabiliter imminēbat. O quàm miserandum in modum membra, nervique omnes cōtrahebantur! quàm cuncta illius interiora perturbata, læsa, atque contrita erant! Vicit hæc pœna captum omnem & intellectum humanum, eò quòd intolerabilis esset, tantoque tempore duraret. Hinc venerabilis Beda ait: *Christus pendens in Cruce manibus pedibusque confixus, lenta morte consumptus & attritus est, diuque in pœna perduravit, non quòd eum delectaret vivere, sed ne passio sua cito finiretur.*

O quantis in angoribus posita erat dulcissima Dei mater & virgo Maria! Quàm singuli quique ictus malleorum (quos, dum filius crucifigeretur, audivit) cor illius

Inven-
rabiles
crucis
Domi-
ni in
cruce
fixi.

3.
Cant. 1.
suo Ma-
ria.

DOMINI illius pulsarunt ! Quàm totam
NICAR in se portavit Crucis imaginem,
PASSIO- eidem ipsa vicissim omnino im-
NIS EX- pressa, & in eam quasi transfor-
PLICAT- mata ! Nec dubium est, quin per
TIO- ingentem compassionem unà cū
filio Cruci affixa fuerit, sitque pas-
sa intrinsecus, quidquid Christus
foris perpessus est. Stemus & nos
cum Matre piissima juxta crucem.

Anima
devota
concruci-
figatur
cum Chri-
sto.

* Inhu-
manis
nempe
actioni-
bus Iu-
dæorū,
crude-
lissimæ
tortorū
immani
barba-
rie infli-
ctæ Chri-
sto pa-
tientia.

Cant. 1. Canticis canticorum: *Fasciculus
myrrhe dilectus meus mihi, inter u-
bera mea commorabitur. Sit cor
nostrum illi gratum pulvinar,*

quò sacrum suum caput acclie-
net.

CAPUT XVI.

*Jesus cum Cruce sublevatus, medius
inter latrones pendet, blasphemis
impetitur, orat pro inimicis, la-
troniq; pœnitenti paradysum pro-
mittit.*

1. Exaltatio Christi cum Cruce, & in Cruce
jam confixi, renovavit ejus dolores, vulneraq; di-
latavit.
2. Hac elevatio Crucis, erat erectio trophæi;
quod Christus de hostibus nostris reportavit.
3. Antiqua figura sanctæ Crucis ipsi devotè ac-
commoðantur.
4. Specialis meditatio dolorum Christi, per sin-
gulas partes corporis, & potentias anima.
5. Provocatio compunctionis & amoris ob Chri-
sti passionem.
6. Christus inter duos latrones medius exhibitus
specimen judicii extremi.
7. Titulus Crucis ex Spiritu sancti suggestionem
appositus: singula ejus verba explicantur.
8. Distribuunt inter se carniſices vestimenta
Christi.
9. Plena desolatio Christi in Cruce: unde tamen
nobis plenissima consolatio.
10. Quomodo anima sancta sedere possit cum
militibus custodiens Christum crucifixum.
11. Iudæi nihil poterant impropere Christo;
prater virtutem, miracula, & Divinitatem.
12. Quam Christum in Cruce pendens impro-
peret populo ingrato.
13. Ingratitudo illa dolorem Christi maximè
aggravavit.
14. Blasphemia Iudæorum in Deum, quasi non
posset Christum liberare: ipse tamen misericorditer
orat pro eis & omnibus peccatoribus.
15. Omnes creatura ad collaudandum Christum
invitantur.
16. Pia oblatio, quæ Patri offertur Christus,
pro erratis nostris.
17. Pœnitentia latronis.
18. Fuit mutatio dexteræ Christi, ad quam pe-
pendit latro pœnitens.
19. Fides, charitas, & resignatio boni latronis.
20. Immensa Christi misericordia erga peccato-
res pœnitentes: quæ sepe tamen prabet stultis an-
sam damnationis.

IT A Q U A ubi jam immitissimi
Icarnifices Dominum Cruci af-
xerant, mox eum cum Cruce
R
sub-

1.
Cruce in
Calva-
ria pe-
sub-